



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De Bigamis. & Neophitis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Solent vero & aliquot crimina, quorum auctores iure Pontificio etiam peccata poenitentia, etiam occultis, suspensio ab executione officij & ordinis ecclesiastici, in quibus plane seruanda est regula tex. in cap. 1. de re iudic. & cap. 1. de sentent. excomm. in 6. de his enim traditur in cap. vltim. de tempor. ord. in cap. nisi cum pridem de renunciat.

6. Solent denique controuerti de sodomita nefandi criminis reo, an is si typis iure suspensus ab ordinis ecclesiastici executione, adeo ut interim in eodẽ ordine ministrans sit irregularis: iuxta cap. 1. de re iudic. in 6. & profecto receptũ est, sodomitam adhuc occultum, etiam peccata poenitentia suspensionem esse ab executione ordinis, & ideo interim celebrantem irregularem esse, ea quidem irregularitate, quæ à solo Papa delebilis sit: quemadmodum Anto. & alij notant ex cap. nisi cum pridem. §. 1. de renunc. & in cap. vlt. de temp. ord. in specie Bellenzinus in apostil. ad Panor. in cleric. de excessib. pract. Specul. in d. §. iuxta propositionem. n. 17. Hof. & Ioa. Andr. in d. cap. nisi cum pridem. §. 1. Archid. & Præp. in cap. de his. in 2. dist. 50. Manan. Socin. in d. c. ad audientiam. nu. 27. quam Opinione alleuerans communem esse defendit Cæsar Lambert. in tract. de iure part. 1. part. 2. lib. q. 9. art. 18. n. 4. & licet Aret. in cap. cum non ad homine de iudic. num. 90. contrarium probare conetur, nec possit omnino ex iuris rigore defendi communis sententiam cum nullus sit iuris Pontificij locus, qui hanc irregularitatem induxerit, attamen propter tanti criminis grauitatem tuenda opinio, quæ tot doctissimorum virorum auctoritatem habet, Nam & eam sequitur Bertachin. in tract. de episcop. 1. part. 2. lib. 3. o. q. idcirco Rebuff. in tract. de pacific. poss. num. 208. censet, sodomitam non posse eligi ad ecclesiasticũ beneficium, nec validam esse collationem beneficij eidem factam: quod & Lambert. in d. art. 18. latius probare conatus est, quibus multa patrocinantur, quæ de huius nefandi criminis grauitate traduntur, præsertim à S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. c. vlt. c. adulterij. 3. 2. q. 7. l. cum vir nubit in feminam, viros pariter: quæ quædam cap. infames. 3. q. 7. l. 1. §. remonet. ff. de pñda. sub. vi non luxurietur contra naturam. collat. 6. §. 2. Instituit. de publ. iud. cap. in Archiepiscopatu. de raptorib. cap. vlt. clericorum. de vita & honest. cler. l. 2. tit. 21. part. 7. l. 2. tit. 9. lib. 4. Fori. pragmatica regum Catholicorum Ferdinandi & Elysiabeth. l. 85. Lamber. multa edit. in d. art. 18. & Matth. Afflic. in consil. Neapol. lib. 3. rubr. 42. et. nos item aliquot adduximus in Epitome ad 4. decret. 2. part. 7. §. 5. n. 6. Paul. Paris. consil. 103. lib. 4. Lucas de Penna in l. 2. tit. 3. C. de exco. & except. lib. 12. tex. opt. in d. c. cleric. de excess. prel. ad hęc & Valer. Max. l. 6. cap. 1. de pudicitia, quædam veterum exempla commemorat de huius sceleris punitione. Maxime laudat C. Marij Imperatoris disciplinam: cuius & Quintilianus meminit in declamatione, cui titulum fecit, Miles Marianus: & Plutar. in Mario, alia itidẽ refert Aymar. Ritualis lib. 3. hislor. iuris civilis. cap. de lege Scatima. quæ lata fuit in huius sceleris reos: cuius meminit & Tertull. in lib. de monogamia. Huius criminis authorem non facere testamentum, etiam ante accusationem & condemnationem probare conatur Anastasius Platus inter consil. in Barb. consil. vlt. lib. 1. Guiljel. Benedic. in c. Raynutius. de testam. ver. mortuo itaque testatore: in l. 1. tit. 1. c. de secun. nup. n. 8. Ac Specul. tit. de iur. iur. edit. §. compendiose. vers. 13. asseuerat, sodomitam huius criminis damnatum testari non posse: quasi vellet, hęc ante damnationem testari non posse, sed prior opinio ex eo probatur, quod sodomita sit ipso iure infamis. d. l. cum vir. in q. l. 1. §. remonet. & ibi gl. ff. de postul. c. infames. 3. q. 6. infamis autem ipso iure testari prohibetur. l. si cuius. §. vlt. ff. de testam. & præterea huius criminis author ipso iure dominio bonorum priuatur: quod gl. notat in cap. cum secundum leges de heret. in 6. in rebus nature. contrarias. quæ confirmatur auctoritate Reg. pragmatice sanctionis. in d. l. 85. qui vere omnium bonorum præsentium, & futurorum dominio ipso iure priuatus est, testari minime potest: vt explicat Bald. in auth. success. opt. quibus tandem rationibus persuaderi poterit ea sententia, quæ dicitur, sodomitam etiam ante condemnationem testari non posse. Sed & de poena ignis extat ante Iulianian. elegans constitutio, lib. 9. codicis Theodos. tit. 7. in hunc modum, Imperatores Valenti. Theodos. & Arcad. A. A. A. Orentio Valerio vrbis Rom. Omnes, quibus flagitij vsus est, virile corpus muliebriter constitutum, alieni sexus damnare patientia: nihil enim discretum videtur habere cum feminis. huiusmodi scelus spectante populo flammæ vindices exarabunt. PP. in foro Traiani octauo Idus August. Valentiano A. III. & Neotherio Con. SS.

De illo autem, qui simoniae crimen commiserit, itidem dubitatur, an sit ipso iure ab officio suspensus ea suspensione, quæ ipsum efficiat irregularem, si diuini se immiscuerit, & vbi simonia fuerit in ordine commissa quo ad ipsum, & quo ad alios, ipse simoniacus est suspensus ab ordine per simoniam suscepto, & ab alijs ordinibus. tex. in c. præter. §. verum. 32. dist. c. reperitur. q. 1. c. eos. 81. dist. Innoc. & Dd. in c. tanta. Abb. in cap. per tuas. in 2. num. 5. & c. de simonia. tex. in c. si quis. & ibi Panor. de simon. Syluest. verb. suspensio. q. 7. Hof. in Summa. tit. de simonia. §. qua pena. quoniam opinio communis est: nec poterit iure negari: quia in præcatis locis probatur, atque ideo irregularis erit simoniacus, qui eo tempore nondum sub lata suspensione in ordinibus ministraverit, etiam post poenitentiam. Quod si commissa fuerit simonia in beneficio ecclesiastico acquirendo, idque crimen fuerit notorium & publicum, est simoniacus quo ad seipsum, & quo ad alios ipso iure suspensus: secundum Innocent. in dist. capit. tanta. & Panor. in c. accusatam. de simonia. idcirco irregularitas ab eo contrahitur per solum Romanum Pontificem delenda, si celebraverit ante huius criminis peccata poenitentiam: quod ita visum est Gonzalo à Villadiego de irregularit. c. de simoniaco. & plerisque alijs, quorum opinio licet dubia olim potuerit esse, hodie tamen constat per extranea. constitutionem. Paul. Vene. de simonia. qua inflicta est ipso iure excommunicatio aduersus simoniacum in beneficio acquirendo. cuius constitutionis ipse memini in reg. peccatum. 2. part. §. 8. num. 7. de reg. iur. in 6. fit igitur, vt simoniacus in acquirendo beneficio, cum excommunicatus sit ipso iure irregularis omnino si, sit in ordinibus ante absolutionem ministraverit: eaque irregularitas à solo Papa delebilis est. c. 1. de re iudic. & cap. 1. de sentent. excomm. in 6. sic etenim sunt intelligenda quæ hoc in dubio solent per Doct. adduci ad quætionis decisionem. Nec mirum hoc cuiquam videri debet: cum istud crimen grauissimum sit, & in Christiana Republica perniciosum valde.

§. SECVNDVS.  
De bigamis & Neophytis.  
S V M M A R I A.

- 1 Bigamia quid sit, & unde originem hæc irregularitas deduxerit.
- 2 Bigamus quis dicatur, & quot modis vitium hoc contrahatur.
- 3 Bigamus non est qui à seipso vitiatam uxorem duxerit.
- 4 Romanus Pontifex potest cum bigamo dispensare, non episcopus.
- 5 Baptismus an tollat irregularitatem ex bigamia vel homicidio ante contraham.
- 6 Religiose professio bigamiam non tollit.
- 7 Neophyte, an sint ad ordinis sacramentum admittendi, & ad beneficia ecclesiastica eligendi.
- 8 Neophytus, an sit recipiendus ad officia secularia, & quid de his, qui genus ac nomen a Iudeorum gente deducunt.

Et & inter alias irregularitates non postremus bigamie locus, cum & ea vetustissimis decretis & institutis iure Pontificio fuerit statuta. Ea vero sic definitur: Bigamia est irregularitas ex defectu sacramenti procedens: quemadmodum Hostien. in Summa definiuit, quem alij sequuti sunt, præsertim Ioannes Montaigna in tractat. de irregularit. Bigamia, in princ. & probatur multis, quæ statim traduntur. Sacramenti autem, cuius hic defectus consideratur, notissima est significatio: siquidem id matrimonium est, de quo nos olim Salmantica: epitomen in 4. Decretalium concinnauimus: eiusque 2. part. c. 1. ad finem explicauimus, quid matrimonij sacramentum significet perfecta eius significatione. Hæc sane irregularitas originem ducit à veteris testamenti legibus. Leuit. enim cap. 12. scriptum est de sacerdote: scortum & vile prostibulum non ducet uxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito. Apud Ethnicos, auctore Aulo Gellio, lib. Noctium Atticar. cap. 15. flamen si uxorem amisit, Flaminio decedebat, eo quo dnon poterat secundam uxorem accipere. Septimius item Tertullian. in lib. de exhortatione ad castitatem, inquit: monogamia apud Ethnicos in summo honore est, vt & virginibus legitime nubentibus vniura pronuba adhibeatur, etiam auspicij initium est itidem in quibusdam solennibus, & auspicijs, vt prior sit vniura: quibus, certe Flaminia non nisi vniura est: quæ Flaminia lex est. Nam duo ipsi Pontifici maximo iterare matrimonia non licet, quod monogamie gloria est: hæc Tertullianus, quidem repetit in lib. 1. ad uxorem, & in lib.

lib. de monogamia, ad fin. & in lib. de prescriptionibus aduersus hereticos. idem & D. Hieronymus in epist. ad Gerontium de monogamia, ita scribit: flamen vnus, vxoris ad sacerdotium admittitur: Flaminia quoque vnus mariti eligitur vxor ad tauri. Egiptij sacra semel maritus adsumitur, hac Hieronymus. cuius ex nouioribus meminit Ludou. Coelius lib. lectio. antiquar. 15. cap. 22. primus autem bigamus Lamech videtur fuisse, Genes. cap. 4. quo in loco id adnotauit Nicolaus à Lyra. hoc ipsum testatur Tertulianus in lib. de exhortatione ad castitatem. Paulinas idem commemorat, Gergophonem Persei filia omnium primam mortuo priore coniuge Oebalo nupsisse, atque initium dedisse secundis nuptiis. sed & post legē Evangelicam statim bigamia ab Apostolis instituta fuit, quod saceris ordinibus, & officijs esset impedimento. Nā ad Timoth. Paul. cap. 3. inquit, oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse: vnus vxoris virum. Idem & in canonicis Apostolorum probatur, cap. 17. multis autem modis bigamia contrahitur, quorum mentionē hic subiiciemus, exponentes quid in eorum quolibet considerandum sit, de quibus & Regia lex tractat, l. 13. tit. 8. par. 7.

Primo is est vere bigamus, qui secundas contrahit nuptias: ceteri autem improprie, & ad similitudinē quandam bigami censentur. gloss. communiter recepta in c. 2. de bigamis. probatur in c. 1. & in c. debitum. de bigam. c. vnus. acutus. c. deinde. 26. dist. 7. atque idem erit siue quis duas vxores legitimas diuersis temporibus habuerit: siue illegitimam earū alteram eodem tempore. c. super. de biga. quo in loco communis omnium sententia hoc ipsum asserit: est tamen necessarium ad contrahendum hoc bigamiē vitium in vniuersum, quod carnalis committio intercedat. text. opt. in d. c. super. gl. Communis in c. vnico. de cler. coniug. in 6. & Doct. in 3. sent. dist. 27.

Secundo bigamus item censetur qui viduam in vxorem adhuc primam acceperit, & cognouerit carnali committione. text. in c. si quis viduam. 50. dist. ex synodis orientalibus, quas Martinus Bracharenis Episcopus compilauit tempore Honorij Papae primi, easque Lucensi Episcopo nuncupauit: earum enim cap. 26. continetur quod à Gratiano in c. si quis viduam. exponitur. Idem tradit & respondet Innoc. Papa I. in epist. 2. ad Victriciū Rothomagensē Episcopū. c. 5. c. si quis viduam. in 1. dist. 34. cuius pars prior deducitur ex d. c. 5. posterior autem ex c. 6. eiusdem epist. est & ad hoc canon decimus octauus Apostolorum, à quo Granatianus adiumpit. c. si quis viduam. in 2. dist. 34. vbi idem traditur de eo qui feminam ab alio repudiata vxorē duxerit, quod & Hieronymus probat ad Fabiolam de veste sacerdotali. ca. vidua. dist. 34. Nec refert quo ad irregularitatem ex bigamia contrahendā, quod matrimonium sit iurē validū, vel nullū. satis equidē est ipse coniugalis affectus, quem admodum probatur in c. vlt. & in c. super. de bigamis. ex quibus Doct. ibi. & in dist. 27. 4. sentent. ita plane frequentissimo omnium consensu adnotarunt, idem probatur ex cano. 19. Apostol. si eius ratio consideretur. Illud tamen exigitur, quod hęc vidua, aut repudiata cognita fuerit à priori viro, secundum communem sententiā eorum, quos modo citauit, & statim in hoc tractatu quo ad bigamiē vitij citabo. vnde inferitur verus intellectus ad text. in cap. quorū. 27. q. 1. ex synodo Ancharitana. cap. 18. ex quo notauit Specul. tit. de dispensatione. §. iuxta. versicul. contrahitur. bigamū esse clericum vel monachum, qui cum virgine matrimonium impediēte sacro ordine, aut professione nullū contraxerit. Etenim, licet hic vt bigamus puniatur, minime tamen bigamus est nec verus, nec fictus, aut interpretatiuus. text. opt. in cap. sane. in 2. de cleric. coniug. qua ratione quāuis solus Papa dispenset circa bigamię irregularitatem: tamen in hac specie Episcopus dispensabit, etiam quoad maiores ordines suscipiendos. not. Syluest. in verb. bigamus. §. 7. & sentit Montagna in tractat. bigamis. q. 4. idem docet Panorm. in cap. 1. & 2. de cleric. vel vxorē. & tamen cum dispensatio necessaria sit: vt probatur in d. cap. 1. visum fuit quibusdam, hunc bigamum esse saltem quadam similitudine. quod explicat Palud. in 4. sent. dist. 16. q. 4. col. 4.

Tertio is bigamus est, qui etiam vnicam vxorem habuerit, corruptam tamen: non virginem. cap. debitum. vbi Card. & Dd. de biga. c. 1. de clericis coniug. in 6. c. curandum. c. si quis de laicis. 34. dist. 7. quod adeo verum est, vt idem vitium locum habeat si quis inficius, & ignorans corruptam vxorem duxerit: sicuti probatur in dist. c. curandum. & est communis opinio, quam sequuntur Card. in clem. cum ex eo. col. 2. de sent. ex-

com. & Henr. in c. r. col. 3. de bigam. text. in c. quā in aliquo. 57. dist. 7. idem erit si quis matrimonium, quod nullum est, cum terrena corrupta contraxerit: adhuc enim bigamus censetur. text. in d. cap. vlt. de bigamis. vbi Communis omnium sententia hoc ipse eodem tamen stupro vitiatam in vxorem duxerit & sunt etiam auctores sunt Host. Ioan. And. Anch. Ant. Imol. in c. sane. de cleric. coniug. quorum opinio profecto falsa est. Nec enim hęc femina diuisit carnem suam in plures, cum ab vno tantum in vxorem, qui à seipso corruptam, & stupro vitiatam vxorem duxit: siquidem per matrimonium subsequens, procedens vitium omnino purgatur. c. tanta. qui filij sunt legit. atque in hac quaest opinioem itam tenent gl. in c. quā. 30. q. 5. in c. sane. in 1. de cleric. coniug. & c. vnico. de cleric. coniug. in 6. gloss. & communis in d. c. debitum. Abb. in d. c. sane. Anton. & Anchar. sibi contrarij in d. c. tanta. Ioan. And. Domi. & Franc. in d. c. vnico. S. Thomas in 4. sentent. dist. 27. q. 3. Floren. part. 3. tit. 28. cap. 3. Syluest. in verb. bigamus. in princip. Angel. q. 5. Capella Tholoz. 290. & 254. & vtroque Aufrer. Archid. in c. nono dist. 32. vbi Domin. fatetur, hanc Opinione esse Communem: idem asserunt Card. in d. c. sane. Henr. in c. 1. de biga. col. 4. Imol. in d. cap. sane. Gonsal. à Villadieg. in tract. de irregular. q. de bigamia. Io. Montaign. in tract. de bigamia. q. 6. & Albert. Trot. lib. 2. de vero & falso. cleric. q. 9. num. 3. Ioan. in summa confes. lib. 3. tit. 3. q. 5. paobaturque veritas huius sententię ex his, qua statim explicabimus ad rationem huius irregularitatis.

Quarto, bigamię vitium contrahitur ab eo qui etiam vnicam, & virginem vxorem habuerit, eam tamen post adulterium ab ea commissum carnali coniugatione cognouerit, etiam adulterij ignorans. cap. si cuius vxorem. 34. dist. & cap. super. notant Abb. Ana. & Dd. in cap. 3. de adult. quorum Opinio communis est, & obtinet etiam si ex precepto ecclesie adulteram vxorem inuitus cognouerit. Host. in summa de bigamis. q. 6. Thom. Palud. & alij in 4. sent. dist. 27. q. 4. Florent. in d. c. 3. gloss. in d. c. si cuius vxorem. & ibi Dd. Capella Tholoz. 255. Aufrer. in d. c. 1. de offic. ord. reg. t. fillen. 8. horum opinio tutior est secundum Henric. in d. c. 1. de biga. col. 4. & magis communis, vt asserunt Albert. Trotius in d. c. 1. num. 2. & Syluest. in verb. bigamis. q. 1. licet contrariam tenuerit Innoc. in c. inquisitioni. de sem. excom. & quidam alij, quorum sententiam vltimo loco retulit Ioan. in summa confes. lib. 3. tit. 3. c. 9. imo & irregularis est qui adulteram post penitentiam sibi reconciliatam cognouerit. Anan. in c. 3. de adult. Fel. in c. ius generale. col. 6. & ff. 1. idem sentent. Anch. conf. 124. & sentiunt omnes, qui proximam opinionem probauerunt.

Huius vero irregularitatis plures traduntur rationes, præsertim à gl. in summa. 26. dist. etenim licet matrimonium contractum cum corrupta verum sit sacramentum, representans per mutuum consensum coniugationem Christi & animæ iusta: non est tamen quo ad significationem omnino perfectum sacramentum: siquidem minime significat coniugationem Christi cum vnica & immaculata sponsa ecclesie. cap. acutus. 26. dist. de debito de bigamis. vnde bigamus cum patitur defectum quo ad significationem in sacramento matrimonij, prohibetur item sacramento ordinis: deinde pati non debet defectum in sacramento qui sacramenta ministraturus est. quibus & alij rationibus iure Pontificio hæc fuit irregularitas instituta: quas equidem rationes tradidit Thom. & reliqui Theologi in 3. sent. dist. 27. glo. in summa confes. dist. 3. q. 2. Hosti. & alij Canonistæ paulo ante nominatum citati.

Hinc deducitur & illud dubium, quo quæri solet, quæ ratio cur vxor corrupta efficiat maritum bigamum: non sic debetur bigamia ex ipsius mariti corruptione, ita quidem, vt licet ipse vir non sit virginitatis laurea tempore matrimonij præditus, non ex hoc efficiatur irregularis, si virginem vxorem acceperit. & gloss. in d. cap. debitum. de bigamis. tres vel quatuor rationes exponit, quas improbat eleganter S. Thomas in 3. sentent. dist. 27. q. 3. scribens eam esse vnam rationem: quia actus contrahendi, & contrahentis matrimonium non cadit super seipsum, sed super alterum coniugem: atque ideo vitium corruptionis nullum efficit defectum quo ad corruptum, sed quoad alterum. eadem rationem sequuntur Ant. in d. c. debitum. num. 9. Henr. in d. de bigamis. col. 4. & Syluest. in verb. bigamus. q. 5. que quidem ratio communi omnium consensu probata videtur.





Joan. in som. conf. lib. 3. tit. 14. & Canonice in dictis locis pau- leante pre me nominatum adductis. fuit vero olim, & nunc est maxime utilis hęc prohibitio multis sane de cau- tis, quę eam iustissimam efficiunt.

Tertia conclusio: Neophytus quacunq; ex lege Chri- stianam legem professus, tunc demum poterit ad sacros ordines, & ecclesiastica beneficia promoueri, cum Epil- copo vili fuerit, eum iam moribus, & Christiani dis- ciplina satis instructum esse: ita quidem, vt iam veteranus Christi miles ceteri iuste possit. text. optim. in c. i. distinct. 75. ex quo Roman. ad notat in sing. 416. Felin. in c. cum sit. de iud. Dec. colum. 3. in cap. eam te de rescript. vbi est text. secun- dum hanc conclusionem intelligendus. Nam ibidem Felin. & Ripam. 3. t. fatentur, posse ad ordines & ecclesia- stica beneficia admitti eum, qui non nuper, sed iam diu relicta gentium, aut Iudæorum lege, Christianam & Euan- gelicam fuerit professus. Sic denique multi fuerunt olim ad ordines sacros, & ecclesiasticas dignitates admissi, quę iudæa, vel gentium lege fidem Christi susceperint, & tamen ob vitę, & morū probitatem, & ideo quia iam diu Catholicę religionis instituti fuerant edocti, nomen Neophytorum amiserat. Is siquidem Neophytus non est, qui iam diu Christianam religionem proficitur. vnde non est, nisi fallor, hæc irregularitas quę ad Neophytos pertinet, alij omnino similis, cum non sit expectanda Romę Pontificis dispensatio, sed tantum sit arbitrio Episcopi considerandum, an sit nouiter conuersus ad fidem, iam dicendus veteranus miles Christianę religionis, vel ex morum probitate, integra legis Euangelicę instructione, vel ex antiqua, & veteri Christianę legis professione, quod caute discernendum erit.

Quarta conclusio: Neophytus ꝑ paulo ante Christianam religionem sacro baptismate professus, non est nec ad secularia officia eligendus. hanc assertionem probat con- ciliū Toletan. in d. cap. constituit. 17. quest. 2. & ibi gloss. & Archid. post eos Annania & Felin. in c. cum sit. col. 1. de iud. Iaf. in r. de iust. & iure. colum. 1. Roman. in sing. 572. quibus & ea ratio admodum accedit, quod indecorum sit, Veteranis Christi militibus munere publico prefici eū eo, qui paulo ante Christianam religionem, vel idolōrum cultu, aut Iudæis cęremoniis, & superstitionibus infectabatur. Potissime hæc ipsa conclusio est admittenda, ne in superbiam Neo- phytus elatus in precipitum ruat, & diabolica sugges- tione peior fiat, atque a noua, & vera religione, quę humilitatem docet, prorsus abstinat. quinimo & ipse Felin. in d. cap. cum sit. & in cap. Iudæi. asseruat, hęc Neophytum non esse etiam idoneam, nec ad testimonium admittendum contra Christianum. citat ad hoc text. in c. non potest. 2. quest. 7. ex cōcilio Toleroano. 4. c. 62. ibi id minime probatur. Con- ciliū etenim de eo tractat, qui cum Iudæis esset, Chri- stianus effectus fuit, & tandem post in legem Christi est perueniatus: non autem de eo Neophyto, qui nouā reli- gione Catholicę contrariā obseruat. vnde mihi non om- nino placet hæc Felina sententia: licet eam sequatur Frã- ciscus Ripa in d. c. cum sit. n. 30. libenterq; admonitos esse ve- lum iudices. vt in hac opinione ad praxim recipiēda cau- tissime proprio, ac discreti viri arbitrio vtatur. [Nam & inter Gothorum leges, quas in Hispania tulerunt extant in Br. Fori 12. tit. 2. duę leges, nona & decima, vtraque hæc de re: sed posterior opinioni Felini potissimum ius- sengerat, nisi ex eius procemio, & præcedentis legis de- ditione, sit iuxta decretum Toletanum intelligenda: eo ceterum tempore lata fuit.]

Quinta conclusio: Qui iam diu Catholicam fidem, reli- gionem susceperit, & miles est veteranus militię Christianę, nulla lege prohibetur ad secularia officia eligi & admitti: imo regia constitutione expressim admittitur. text. celebris lib. 6. tit. 24. par. 7. cuius meminit late hæc cō- clusionem probans Montalius in d. l. 2. tit. 3. lib. 4. Fori. hoc idem notant Felin. & Ripa in cap. eam te num. 31. Felin. in d. c. de iud. & licet Regia lex indistincte admittendos esse censent ad publica munera eos, qui relicta Iudæorum aut Maurorū lege Christo nomen dederūt: ipse tamen cęseo eam legem esse intelligendā secundū hæc tantam con- clusionē, in hoc qui iam diu legem Christi veteranus pro- ficatur: si in muneribus publicis, qui nuper fallam reli- gionem mordicus, & animo contumaci obseruauerat.

Sexta cōclusio: Satis iure cōmuni constat, nec à benefi- cijs ecclesiasticis, nec à dignitatibus, nec à sacris ordini- bus nec ab officijs publicis, & secularibus prohiberi eū, qui è tempore natiuitatis, ab ipsa quidem infantię atate Christianus est, tamen patrem, aut, aut proauū Iudæum vel Saracenum habuerit. Hic etenim dubio procul Neo- phytus nō est dicendus, secundū propriam huius dictōnis significationē: licet vulgo apud Hispanos appelletur Con- uersus, aut Marranus. Hinc sane apparet qualiter sit intelli- gendū, quod scripsit Ioan. Staphil. de litteris gratia, & iust. col. vi. ita enim inquit: cum Neophytis, qui vulgo dicuntur Marani, dispensatur ad omnes, & beneficia: dummodo ipsi semper vixerint vt Catholicī. Nam dispensatio ista ne- cessaria nō est in his, de quibus tractat hæc sexta cōclusio, vt ipse opinor. Ipsi vero Iudæi, quod paulo ante notauim- us, apud Christianos magistratus, & publica munera ne- queunt obtinere, præsertim ea quę in infamibus cōmitti non possunt. Nam Bart. per text. in d. vii. C. de post. Aanan. in rub. de Iudæis. col. 2. Iaf. in rub. ff. de iust. & iur. col. 1. & And. Tiraq. in trad. de nobilit. c. 29. n. 17. existimant. Iudæum non posse ad- uocatu esse, cum infames hoc officiū minime valeant ex- exercere. l. 1. §. ait. prator. in 2. de post. c. infames. 3. quest. 7. licet & diuus Augustin. l. vno adnotationū in 10b. c. 30. appellat Iudæorū gen- tem ignobilem propter Christi occisionem. Quintilianus item hoc ipsum testatur l. 3. c. 9. Est, inquit, & conditoribus vrbū infame, cōtraxisse aliquam pernicioſa ceteris gen- tem: qualis est primus Iudæicę superstitionis author. His equidem verbis Quintilianus, etsi impie incusauerit Mo- sen, & eius leges, quę ad Christi vsque passionē sanctissimę fuerunt, gentem tamen Iudæorū infamē apud Romanos fuisse insinuat. Obiter enim illud est animaduertendū, Iudæicam superstitionem apud Quintilianū intelligendam esse Iudæorum legem quę Superstitio Iudæica appellatur in l. quoniam multi. C. de heret. c. Iudæi. 28. quest. 1. c. augustin. 26. cap. quest. 5. lib. 3. §. vlt. ff. de decurionibus. & licet Alciat. l. 3. distinctio. 8. & l. 10. C. locū Quintilianū intellexit, vt Christianam religionem à Quintilianō appellari Iudæicam contendat: minime congruit ea interpretatio ipsi Quintiliano, qui de Christo Iesu nequaquam egerit: cum is nullam terrenam vrbē condiderit. Quod aduersus Alciat. adnotat ut Anton. August. de excusat. tutor. pag. 367. & Aemilius Ferretus in præ- fatione ad Cornelium Tacitum. Nec inficior quandoque ab ethnicis Christianam religionem dictam fuisse super- stitionem Iudæicam. Quod satis constat ex Arriano de dictis Episcopi, c. 9. Non tamen ita dicta est à Quintiliano, nec ab Vlpiano, in d. l. 3. vlt. vt constat ex l. spadonem. §. iam autem & Iudæi. ff. de excusat. tut. quo in loco relatio fit ad Vlpiani respon- sum in d. §. vlt. licet Accurs. id non satis perceperit. vnde cōmunit est Bart. & omnium consensus. d. l. 3. §. vlt. abro- gatam esse per l. vii. C. de Iudæis.

Hęc vero sint satis pro prima huius operis parte, quę hæctenus de irregularitate in genere, & de quibusdā eius speciebus tractauerit: atq; ideo secunda subsequitur pars.

SECUNDÆ RELECTIONIS Partis initium.

De delictis & conatibus.

SUMMARIÆ:

- 1 Homicidium quid sit. & de homicidio voluntario.
2 Voluntate distingui delicta, qualiter sit aliter intelligendum, & inibi de ex- dicamentis & peculis amatorij.
3 Maleficia, quo in sensu, fine, & proposito distinguantur.
4 Delictum, ex quo fuerit facta publici utilitas, an sit puniendum?
5 Irregularitas ex voluntate occidendi etiam perfectissima, non contrahitur: Ibi que de interioribus actibus quo ad humanam legem agitur.
6 Conatus qualiter in atrocioribus sit puniendus.
7 Intellectus ad l. quisquis. C. ad leg. Jul. marces.
8 Intellectus ad l. unicam. C. de rap. virgin. & inibi de raptu monachorum.
9 Intellectus ad cap. 1. de homicid. c. rubi de Assisibus tractatur.
10 Interpretatio text. in l. i. qui cum solo. C. de sicar.
11 Veneni preparatio, aut ipsius propinatio animo occidendi contingens, an sit punienda, morte non secuta.
12 Parricidij crimen & pania expenditur latissime: & in Pompeia de parricidij explicatur.

Tandem hic locus exigit, vt latius eam explicemus irregularitatem, quę ab homicidio procedit: si- quidem hac in praxi læpissime contingit. Duas vero par- tes habet; Prior de homicidio voluntario, posterior de causali tractabit. Nā de necessario agimus in specie statim tertia huius tractatus parte: vtriusque sane examen requi-